



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorum

VD16 B 5530

Septima Conclusio. Ex humationes plurimorum corporum, præsertim
infantum fiunt à maleficis & sagis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113

Septima Conclusio. *Exhumationes plurimorum corporum, praesertim infantum fiunt à maleficis & sagis.*

CONSTAT Conclusio. Hoc enim Iudices Italiae, Galliae & Germaniae omni tempore obseruârunt, & confessiones sunt liquidae, & oculari inspectione verum esse compertum est, vt alibi latius tractabitur. Exhumant enim corpora, & eis ad nefanda scelera abutuntur. Sic Iacobus Cuiacius Iurisconsultus ait, Rubricam de sepulchro violat. Statim in C. subiungi post titul. de maleficis & math. eo quod malefici saepe sepulchra violent, & abutantur corporibus mortuorum.

Octaua Conclusio. *Emanatio sanguinis occisi ad praesentiam occisoris videtur soli diuino miraculo in horrorem & detestationem tanti criminis tribuenda.*

GENES. 4. de sanguine Abelis dicit Dominus ad Cain: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Iurisperiti ita verum hoc statuunt quod cadauer occisi emittat sanguinem coram occisore, vt ponant indicium sufficiens ad torturam. Boerius in decisione 166. Paris de puteo in tract. Syndicatus, in verbo Tortura, cap. An stetur dicto torti. Allegat ad hoc illud Apocal. Posthæc vidi animas intersectorum, clamantes ad Deum, & dicentes: Vsque-
quò